

manie uel ultra mare, aut alias partes huius mundi (3), ita ut in illo loco debeat esse scapula (4), et aduenerit quod ipsa nauis ad alias partes eundo uel (5) redeundo in uiatico de uoluntate omnium merchatorum (6) et marinariorum, uel (7) maioris partis eorum (8), debeat ybernare; dicimus quod quarta pars tocius precii debeat iungi patronis a naulizatis, et patroni (9) quartam partem marinarie pro ybernatura marinariis (10) iungere teneantur. Patroni uero (11) et marinarii naulizatis obseruare debeant quod primo fuerat ordinatum. Hec omnia (12) intelligimus in nauibus et quolibet alio ligno ducentis milliariis et inde supra mer || chatoribus naulizatis (13). Q. 98*
A. 227

St. Tiep. A, 42. — Tarr. 45.

(3) mundi — (4) s. e. d. — (5) et — (6) mercatorum — (7) aut de uoluntate — (8) ipsorum — (9) statuimus quod in illo loco, in quo nauis taliter ybernabit, quarta pars ipsius precij omnes debeant naulizati iungere patronis, et — (10) marinarie patroni marinariis — (11) u. *omesso*. — (12) q. o. p. f. d. obseruare. Hoc — (13) in naue et omni ligno couerto de mill. CC et i. s.

| LXXXIII (1). *De pignore dando iudicibus pro discordiis et differentiis.* Q. 100*

Mandamus de nauibus que completo uiatico suo ad portum applicuerint (2), et aliquae discordie et difference fuerint inter euntes in eisdem nauibus, infra quintum diem postquam applicuerint (2) debeant dare (3) pignus *iudici uel* (a) iudicibus super hoc ordinato uel ordinatis ad ipsam diffiniendum (4) rationem. Pignore uero dato absque condicione, discaricari ualeat ipsa nauis; naue discaricata, infra quindecim (5) dies ratio ex ipsis differentiis uel discordiis exigatur. Et si infra quindecim (5)

Var. in Q: (1) XCV. — (2) aplicuerint — (3) peregrinis *agg.* — (4) difiniendam — (5) XV —

(a) Aggiunto in margine.